creditisq; apud nostres risu digna uident̃. Et que non dimittemus intacta ad que nos credimus nõ solum ex noua lege. sed ex ueteri inuitamur. Vos machumeti & alchorano eius fidem tãtummodo adhibetis. & hominẽ mortuũ. sine conteste sine ratiõe. sine miraculis sequimini. nos uiuo credimus Viuit enim uestro testimonio xp̃us. Nos deo prestamus aures & signis & ratiõibus sacris ducimur testimoniis. quod si nos audies mõstrabimus breuiter nostre legis splendidam lucem & tue obscurã caliginem detegemus. Sed opus est piis & attẽtis auribus. quando fidei sublimitas attingitur. & magni dei panduntur archana. Sepe iocis & inanibus fabulis te presenrem adhibuisti. Et leuiores uidisti narrationes. Non est cur hec grauia contempnas aut ea nosse recuses. ex quibus tua pẽdet salus. Non est anima nobilis cui non insit ueritatis amor. non est homo qui nolit salns fieri. Audi ergo qui generosus es. audi que te saluare possunt Quid est inter Christianos thurcosq; controuersie. in quo simul contendimus. que discidii causa Sane non alius discordie fontes est. nisi quia circa diuinitatem non eadem sapimus de patre. de filio. spiritu sancto contendimus. Hoc est precipuum discidium quo sublato facile omnia contempnẽtur. Attingemus hec. & que sit ĩter nos de diuinitate dissensio lacius exponemus. Nos in deo tres

dicimus personas patrem & filiũ & spiritũsanctũ uos unã tantũ.quã nec patrẽ·nec filiũ dicitis.Sed deũ tantũmõ appellatis. & hũc unicũ esse dicitis creatorẽ celi & terre.& oĩm que in eis sunt nulla ẽ de trinitate contentio.non latent nos uerba moy si dicentis in exordio legis audi israbel dñs deus tuus unus est. Et rursus in lege scriptũ est. Ego sũ dñs deus tuus qui te eduxi de terra egypti nõ erũt tibi dii alii preter me. Et rursus ego sũ q sũ. Et si quesierint nomẽ meũ uade & dic eis qui est est misit me ad uos· & in cantico exodi dicit̃.Dñs oĩpotens nomẽ eius.que testĩonia unũ esse deũ & unũ dñm mãifeste declarant.& unã ptãtem & unã naturã.nom fatemur idẽ ꝙ uos hic amicicia ẽ atq; ꝯcordia·uobis unus deus ẽ. Nã deus nature dñs ptãtis nomẽ nobis est unus.Dicitis ꝓncipiũ oĩm rerũ esse deũ.Nos idẽ affirmamus in quo igit̃ dissentius.Multa sũt que de deo aliter xpiani dicũt aliter sarraceni seu turci.Vos deũ corpeũ dicitis dicitis nos incorpeũ.Vos fortuita esse que hic in terra gerũt̃ arbitrami.nec curare de hiis deũ.Nos gubernare eũ qui creauit oĩa nõ dubitamus uos deũ prẽm ĩ diuinitate negatis.Nos prẽm & filium cognoscimus uos spm̃ scm̃ ex diuina maiestate re icitis.nos põimus ueneramur.Mittamus alia hec aggrediamur ĩ q̊ plus põderis ẽ.nos xpm dei filiũ dicius uos negatis.Cur negatis sane.qa nec uxorẽ

habet deus ex qua filium procreare posset. Quod si uxor fuerit filiosq; genuerit· mūdus q unius im pio regit̃ implures diuisus dn̄os diu stare nō pos set ī unitate cōcordia ē. que seruat impia. in pluri tate discordia que maxīe regna subuertit. Sed qd tā rudis. tā uecors. tā demens xp̄ianus est q gene rare deū ex ꝯnubio & ꝑmixtiōe fēīe arbitret̃. Non sumus a deo hebetes xp̄iani. ut tm̄ nephas ad mit tamus Saracenis suaderi hoc posset qui deo & cor pus & caput & manus. & cetera membra cōcedūt Nos deū spm̄ esse asserimus. incorpeū īmortalem eternum. & incōprehensibilem. qui dum seipsum intelligit ī mente sua uerbum concipit quod nos filiū dei esse dicimus. Nec aliud est in deo seipsū nosse atq; ītelligere. q̄ deum esse. Nihil etenī in deo non deus. deum autem cuius est uerbū nomina mus p̄rem & processum ipsius uerbi generationē filii dicimus. Nec ueritas hec de uerbo dei apud xp̄ianos tantū illuxit. Gentiles phylosopi ante xp̄i aduentū eadem que nos asserimus nonnulli affir mauerūt. siqdē Platonici in suis libris apertisi me dixerunt. ꝙ in principio erat uerbxm & uerbum erat apud deū. & deus erat uerbū· hoc erat inp̄nci pio apud deū. oīa p ipsū facta sūt. & sine ipso factū est nihil. Et reliqua ferme oīa cōprobāt de uerbo dei. que Iohannes in euangelio suo tradit· usq; in carnationē uerbi. quem ignorarunt. quia nōdum

natus erat Christus. & alta legis misteria abscon
derat deus a sapientibus huius seculi que reuela
uit paruulis. quod igitur platonici uerbū dei no
minant. & deū esse dicunt. nos filiū uocamus ex
deo genitum & deū esse fatemur nec ruinā mūdi
ex filii generatōne timemus. quādo unus dūtaxat
filius est pater & filius unum sunt. una potestas
una uoluntas una maiestas. nec uerbum cōceptū
ab intellectu concipiente discordat. Obscura hec
uidebuntur at si uoles. presto erūt q lumē afferāt
& apretissima omnia reddant. Et tu solē hūc cor
peū cernis qui noctē abiens efficit rediens hic a se
ipso lucis producit radios. hec productio genera
tio quedā est in sole. & radii solis filii solis nō in
conuenieter uocant. que similitudo q̄uis multifa
rie est īepta. Nā solis plures sepe uidimus radios.
deo unicus est filius in eo tamen conuenit. qa una
est & solis & radiorū substātia. Et una est p̄ris &
filii diuinitas atq essētia. q̄uis cōpatio corpalium
rerū nulla satis cū diuinis quadrari potest. Sed ac
cipe testimonia. & qui ratione non capitis cede au
toritati. Vetus testamtū & iudeis. & xp̄ianis. & sa
racenis cōe est. Eructauit inquit Dauid ex psona
dei cor meū uerbū bonū hoc ē qd dei filiū dicit
& unigenitū p̄ris eterni nō ex carnali cōiugio. aut
hūano cōplexu. sz ex corde dei & ex ītellcū pductū
asserius & rursus filius meus es & ego hodie genui te.

Hodie dicit. quia deo nec heri preterit nec cras imminet. Sed hodie semper adest cui pñtia sũt omĩa. Iterum ante luciferum inquit. geui te ut ĩtelligas quia non loquitur de Salomone Dauid. Sed deus pater de filio deo. quia ante luciferũ nemo fuit. & in libro sapientie legimus. Sapiẽtiã que dei filius est dicentem. Nondum erant abissi. & ego iam concepta eram. ante montes & colles ego parturiebar. Nunq̃ enĩ pater sine filo fuit. nec sine patre filius & hoc quod in euãgelio inquit Iohannes. In principio erat uerbum & uerbum erat apud deum & deus erat uerbum. Que misteria profunda & alta cum non intelligeret Arrius nec Machumetes cõprehenderet. negare maluit ueritatem dei. q̃ suam ignorãtiam confiteri. & suas ineptias imprudẽter ingerere. q̃ aliorũ sapientiã humiliter discere. Stulta hec & damnosa pertinatia est deo enim & prophetis oportet credere. & si quid est cuius rationem non capimus debemus cum paulo dicere. o altitudo diuitiarum sciẽtie & sapiẽtie dei q̃ ĩconp̄hẽsibilia sũt iudicia eius & inuestigabiles uie eius. Fatentur iuriscõsulti. non o im que a maioribus suis instituta sunt. rõnem reddi posse. & tamen legi parendum esse quia non sine causa condita fuerit quãto minus archani dei licet agnoscere. Plurime sunt occulte cause ad q̃s nulla potuit curiositas hnim pueire sicut oculi noctue ad solẽ ita &

noster intuitus ad ea que sunt diuinitatis. Nō est ergo mirandū si neq; generationē filii neq; spūssancti ꝓcessionē. neq; trinitatē ī diuinitate ītellexit carnalis homo. uel Arrius. uel machumetes. Sed illud ī eis damnabile ac detestabile fuit q sacre scripture diuinisq; testimoniis nō acquieuerunt. Nā quid opus est argumētis ubi deus ipse loquitur De Pithagoricis traditum est quod in disputādo soliti erant dicere ipse ait. Ipse autē erat Pithagoras tanq̄ eius auctoritati nō liceret ad uersari quāto minus deo qui uerax est. & oīs homo mendax. Sed negabis hec esse dei que asserimus testimonio De hiis posterius asseremus nunc de spiritusācto agendum est. cui tua lex diuinos honores abrogat non est huiusmodi erroris machumetes inuentor Arrii & Nestorii. & Macedonii hec olim dementia fuit. quos sacra patrum concilia damnauerūt sed eorū uiros apud Egyptios. & Arabes aliq̄diu latuit. Et postremo auctore machumete. & mgr̄o eius sergio late diffusum est. Ne mouearis dum uera loquimur. Caue ne sequaris cecos. disce spiritū sanctū esse deū & terciā ī trinitate fore ꝑsonā. diximus paulo an̄ deū p̄rem dū se cognoscit uerbū cōcipe & filiū gignere. Nūc qd̄ seqt̄. Adicius cognitiōi ānexā eē appetitiuā q̄dā opatiōem cuiꝰ pn̄cipiū uolūtas ē īter opatōes uero q̄s uolūtas ꝓducit ꝓcipua ē amare ad hibe hic aures & mentē eri

ge in deo perfectam & absolutã fateri cognitiõem oportet. & amorem & modo cuius processus per appetitiuam operatõnem exprimitur. sicut & uerbi generatio per intellectiuam. & alia est operatio que intelligit. alia que appetit. Intellectiua ex his completur que sunt quodammodo in ipso intelligente. Nam sicut sensibilia in sensu. ita ĩtelligibilia in intellectu dicimus esse. appetitiua autem complementum accipit secundum quendam ordinem uel motum ad eas res. que obiciuntur appetitui. Et occultum quoddam principium sui motus habet. ea uero que principio feruntur arterico spiritus nomen acceperunt. nam & uentos spiritus dicimus & in scripturis procellarũ spiritus appellantur. quia non apparet afflationis spiritus initium. Respirationem etiam & arteriarũ motum ab intrinseco & occulto principio manantẽ uocamus spm̃ atq; hoc modo congruenti quadã similitudine. q̃ntũ diuina humanis uerbis indicari possũt diuinus ipse amor a patre filioq; ꝓcedẽs spritus dictus est. In nobis duplici ex causa ꝓcedit amor. aliqñ ex corporea & materiali natura. & is plerumq; immundus est & menti noxius. aliqñ ex ipsa proprietate spiritualis nature. cum bona intelligibilia & rationi conuenientia adamamus. Et hic purus ẽ amor & laudabilis & aĩe salutaris. In deo corpalis amor seu materialis locũ non hẽt.

Sed ille tantū reperit̃.q simplex est & nitidissimus
& purissimus & quē spritum sanctum appellamus
Nec nos ītellectuali & sancto amore quicq̄ prose=
quimur nisi quod intellectu cócipimus. Cóceptio
autem ut diximus que fit intellectu. uerbum est.
atq; ita necesse est amorem ex uerbo exoriri. Amat
enim deus quod de seipo intelligit idest uerbum
quod concipit intelligendo. Verbum autem dei
dicimus filium dei. qui & ipse patrem nouit & a=
mat. Atq; ita fit ut amor ipse cui sanctus spiritus
est nomen. ex patre filioq; procedit. Sitq; cum pr̄e
& filio pariter deus Nam sicut diuinum intellige
re essentie diuinitatis est. Ita & amare & sicut deus
se semper intelligit. ita & se semper amat. & omnia
amat. suam bonitatem dum amat. rursusq; sicut
dei filius qui est uerbum dei ī natura diuina sub
sistens. patri coeternus perfectus & unus deus est
Ita & spiritus sãctus deus ē patri. & filio coequa=
lis & coeternus. Et quia omne quod subsistit in
natura intelligibili. apud nos persona dicit̃. apud
Grecos ypostasis. Consequens est ut tres personas
in diuinitate ponamus. quia tres sunt subsistentes
pater. & uerbum. & spiritussanctus. Neq; personas
dicimus esse per essentiam diuersas. Sed p solas re
latóes distĩctas. que ex ꝓcessióe uerbi. & amoris ꝓ
ueniūt. Atq; ī hūc modū. xpiana religio diuinitus
illustrata. distĩctas tres psonas cõfiteur indiuinis

non tres deos sicut Machumetes falso opinatus est. Sed patrem. & filium. & spiritum sanctum esse ab eterno deum asserimus. Nec tamen ipsum pa trem qui filius est. Nec filium qui pater est. aut filius. Vna est enim patris & filii & spiritus sancti essentia. In qua non est aliud pater. aliud filius. ali ud spiritus sanctus. quis in personis alium patrē alium filium. alium spiritum sanctum diuina do cente auctoritate dicamus. Nec similitudo in hiis que creata sunt summe deest trinitatis. Inuisibilia dei sicut apostulus ait. Per ea que facta sunt intel lecta conspiciuntur. sempiterna quoq; uirtus eius ac diuinitas relucet quippe ī anima nostra & que dam diuine trinitatis ymago. Est enim anima no stra substantia quedam in corporea & ratione pre dita. Et actus quidem siue forma organici corpo ris. que dū corpus mouet & regit sui meminit. se ī telligit. & se diligit. qbus in rebus quedā apparet trinitas. memorie. ītelligentie & amoris. Tria hec ad seipsa referūt. qa nō est amor sine memoria. nec memoria sine notitia. Nā qs meminit aut amat qd nescit. In seperabilia sunt hec a semetipsis & tñ qd libet eorū & simul omnia una essentia sunt. & una uita in aīa uni. Differunt tñ quia mēoria non est ī telligētia uel uoluntas. nec intelligentia uoluntas siue amor. Quod si hec diligēter inspicias inuenies summe illius trinitatis atq; unitatis uestigium &

ymaginē quandā q̄uis imparem. Quicunq̧ enim sempiternā & incōmutabilem naturā. per memoriam reminiscitur. Intuetur per intelligentiā. amplectitur per dilectionem. profecto reperit i seipso sūme trinitatis ymaginē. non tñ oīno similem. sed qualemcūq̧. ita ut in similitudine magna inueniatur dissimilitudo. & si enim homo meminit intelligit & diligit non tamen memoria est. nec intelligentia nec dilectio. Sed sunt hec in eo & in una substantia non sicut accidentia in subiectis. que possunt ab esse sed substantialiter existūt in aīa & unus homo est qui habet hec tria. non ipē est hec tria. in simplici uero natura que deus ē. q̄uis unus sit deus. tres tamen persone sunt ut dictum est. & ipse deus est & tres psone. Sed illud satis ad rē nostram est quia tria hec. aliquo modo unum sunt. repit̄ & sub aliis noībus. & alio mō in nr̄a natura illius sūme & ineffabilis trinitatis ymago. Nā mēs & notitia eius & amor: tria quedā. mens enī nouit se. & amat se nec amare se potest nisi etiam nouerit se: duo quedam sunt mēs & notitia eius duo etiā sunt mens & amor eius. Cum se nouit mens & se amat. manet trinitas. scilicet mēs amor & notitia. Et hec tria q̄uis distincta inuicem sint unum tam̄ esse dicuntur quia in aīa substancialiter existūt. & ē ipsa mens q̄si parēs & notitia eius q̄si proles eius mēs enim cum se cognoscit notitiā sui gignit & ē

ſola parens ſue noticie. Tercius eſt amor. que de
ipſa mente & noticia procedit dum mens cognoſ
cens ſe. diligit ſe non enī poſſet ſe diligere niſi cog
noſceret. Amat enim placitā prolē. noticiam ſuam
Et ita amor quidam complexus eſt parentis & ꝓ
lis nec minor eſt amor. parente & prole id eſt mē
te & noticia. cum tantum ſe diligat mens quantū
ſe nouit & quanta eſt. Cōſiderat hec rationalis hō
& uidens tria in una eſſentia concurrere extendit
ſe ad contemplatiomem creatoris & intelligit uni
tatem intrinitate. & trinitatem in unitate. & unum
deum colit. unam eſſentiam & unum principium
ſicut & patriarche & prophete atq; apoſtoli tradi
derunt Sed audiamus tandem ipſos & diuine le
gis auctoritatem & teſtimonia ī mediū afferamus
ſine quibus omnis eſt una argumentatio. Deum
patrem omnes ſacre littere confitentur. & dei no
men. paternitatem ad omnia refert. Et ſi filium di
cimus nō poſſumus patrē negare de filio adducta
ſunt teſtimonia legis. ergo & pater oñſus ē ſicut &
ſaluator ayt. Philippe qui uidet me uidet & patrē
meum. nunc deſpiritu ſancto. quod cepimus pro
ſequendum eſt. Ingeneſi legimus quia ſpūs dñi fe
rebatur ſuper aquas. quis tūc dñs niſi deus fuit &
cuius ſpūs niſi dei. Et quō dei ſpūs niſi deus. deus
eſt quicquid dei eſt. nec aliud illi immixtū eſt ina
cōpoſitꝰ ē. ſimplex ē & purus deus. in Iob ſcriptū

est. Spiritus domini fecit me & spiraculũ oĩpotẽ-
tis dei uiuificauit me. dei sunt hec opera non hoĩs
quid facit hominẽ nisi deus. aut uiuificat hoĩem
nisi deus. Est igitur spũs dñi propter quod dictũ
est in psalmis. Spũs dñi repleuit orbem terrarum
& hoc quod continet oĩa. quis hic spũs nisi deus
cui celum sedes est & terra scabellũ pedibus eius
Et apud poetas deũ ire p omnes terras tractusq;
maris celumq; profundum traditum est. Et rur-
sus est ne dei sedes nisi terra. pontus & aer. & celũ.
& uirtus propter quod recte inquit Dauid q̊ ibo
a spũ tuo. ostendens nõ esse locũ in q̊ possit fugere
spm̃ dñi. q est ubiq; esse aũt ubiq;. implere & cõti-
nere mundũ. soli deo tributum est. deus igit̃ scũs
spũs est. qui hec peragit. & futura prenoscit. & p
dicit sicut scriptum ẽ. Responsũ accepit Simeon a
spũscõ quia non moreret̃ nisi uideret xp̃m dñm.
non est cur deũ negemus. q dei efficit opera. Non
igit̃ solus pater deus est. neq; solus filius. sed spũs
sanctus cum patre simul & filio deus est. quia nõ
aduersatur rationi trinitas personarum in uni-
te diuinitatis quemadmodum superius ostensum
est. Sed iam trinitatem ipsam ex sacris codicibus
demonstremus & moysen ante oẽs audiamus. cui
us hec sũt uerba ĩ capite libri quẽ genesim nostri
uocãt. In pncipio creauit deus celũ & terrã. terra
autẽ erat inanis & uacua & spiritus dñi ferebatur

super aquas tria cõmemorat. deũ. principiũ & spm̃
ideo in deo. prẽm intelligimus. ĩ prĩcipio filium. ĩ
spũ dñi. spm̃ scm̃. Et accipiatur hoc in loco. prin-
cipiũ. pro filio. sicut in psalmis de suo filio dicit
deus. Tecũ principiũ in die uirtutis tue in splen
doribus sanctorũ ex utero ante luciferũ genui te
Atq; ita in exordio nascentis mundi. trinitas ipsa
in diuinis personis adducitur. hic si placeret ĩter
seri posset de heloeñ. secundũ Ieronimum ad mar
cellũ. temptans dyabolus primos parentes ĩterpo
sito serpente. & suadens ut edant de ligno prohibi
to. Eritis inquit sicut dii. scientes bonum & malũ
quod proinde accipiendum. ac si diceret eritis si
cut diuine persone. quibus ignotum est nichil. &
cum eicit adam de paradiso. inquit dñs. Ecce adã
factus sicut unus ex nobis. quibus nobis pr̃i sci-
licet. & filio & spũi scõ. Sed manifestius eadem tri
nitas ostenditur cum dicitur. Faciamus hominẽ
ad ymaginẽ & similitudinẽ nr̃am. cũ ait faciamus
& nr̃am. plures personas inducit. cũ dicit ymagi-
nem. unitatem diuinitatis ostẽdit. nec solitarius ẽ
cum dicit faciamus. neq; alieno a se loquitur qui
nr̃am ayt. duo sũt pluralia uerba faciãus. & nr̃am
ut uideatur pater cum filio & spiritu sancto mis-
cere sermonem. quod non sono uocis sed intellec-
tu que singularia sunt. quia unus est deus & una
expressus ẽ. Dixerat creauit deus celum & terram

diuinitatis essentia.subiūgitur faciamus & nr̄am ut pluralitas in personis intelligatur. Idē & psal= mista canit regius dum ait. Verbo dn̄i celi firma ti sūt. & spiritu oris eius oīs uirtus eorum. Quid manifestius dici potuit in conditione celorū tres persone concurrunt. dn̄s uerbū. & spūs. dn̄s pr̄em exprimit. in uerbo filiū accepimus. spūs is est quē scm̄ uocamus. Et rursus propheta ut trinitatem personarū ī diuinitate cognoscas. ter deū prouo= cat in benedictione. Benedicat nos inqt deus deus nr̄ benedicat nos deus & metuāt eū uniuersi fines terre. Trina dei confessio trinitatē exprimit persōa rum & cum subditur metuant eum uniuersi fines terre untiasa peritur diuinitatis. ī p̄s quoq;. xliiii. multum expresse trinitatem īnuit cum dicit filio sedes tua deus in seculum seculi. & postea subdit propterea unxit te deus deus tuus. idest pr̄ & spi ritus scūs & cū sequit̄ p̄ participibus tuis miste= rium quoq; incarnationis aperit de quo suo loco prosequemur. ysayas in uisione sua clamantia ītro ducit Seraphin. sanctus. scūs. scūs dn̄s deus saba= oth. ter sanctus ad tres personas refertur. & semel dominus. & semel deus dicit̄. quia unus est dn̄s & unus est deus. Et rursus idē uates ex persona xp̄i loquitur. & dicit. dominus meus misit me & spi ritus eius. dominus meus inquit idest pater misit me. s. filium. & spiritus eius. qui est sanctus spiritus

Quis hic non intelligat trinitatem non latuit pro
phetas hoc misterium possent & alia plura hmôi
testimonia ex ueteri testamento afferri que trinita
tem plane ostendunt. planius tamen locutus est ĩ
euangelio dominus. Qui cum in orbem mitteret
discipulos Euntes inqt. Docete omnes gentes &
baptizate eos in noĩe patris. & filii. & spiritussãcti
Tres noĩauit personas. In noĩe dixit. non in nomi
nibus ut essentie unitatem in psonarũ trinitate mõ
straret. & Iohannes euãgelista. qui de pectore dñi
ueritatem hausit. In epistola sua inquit. Tres sũt
qui testimonium dant in celo. pater. uerbũ. & spi
ritussanctus. Et hii tres unum sũt. Et Apostolus
Paulus misit inquit spm̃ filii sui in corda nostra.
& alibi. Spũs eius q suscitauit Ihesum habitat in
nobis Et iterũ ex ipso inquit. & per ipsũ. & in ipso
sũt oĩa ipsi gloria ex ipso. dicit propter prẽm. & p
ipsum propter filiũ. ĩ ipso propter spm̃ sanctum
non dicit ex ipsis. aut per ipsos siue ĩ ipsis nec ipis
sed ipsi gloria inquit. ut trinitatem simul & unita-
tem cognosceremus. Atq; hiis testimoniis & auc-
toritatibus illuminata est de super. xpiana religio
Sũma enĩ fidutia confitetur. & predicat unũ deũ
esse. q est causa causarũ principiũ & finis oĩm rerũ
& oĩs auctor creature. & summũ bonum. & nihil-
ominus tres psonas in deo recognoscit. & trinitatẽ
in unitate ueneratur. Cui qui aduersatur salutis ex

pertem se reddet & ambulat in tenebris & ueritas non est in eo. Tu uero si sapias de tenebris emerges & candida luce perfusus sacratissimam trinitatem. & cognoscendo coles. & colendo cognosces. Nec aduersaberis sacro sancto euangelio. in quo legitur uerbum caro factum est. Negat tuus legifer incarnationem uerbi. Nam cur inquit factus est deus homo & in ligno crucis passus. qui alio modo genus humanum redimere poterat. Negat tua lex Christi necem & alium suo loco interfectum existimat. nec deum incarnatum cognoscit. neque crucifixum aut mortuum. Nos utrumque predicamus quia factus est homo deus & passus est. & propter salutem hominis hec facta esse testamur. Ait enim de seipso dominus. Venit filius hominis saluare quod perierat. Constabat primi parentis erratu omnes homines culpa teneri. Clausa erat paradisi porta nec mortalibus patebat in celum aditus. Dicebat summam dei bonitatem hominem. qui ceciderat reparare. nec miserum esse perpetuo sinere. qui ad beatitudinem perfruendam creatus fuerat. Sed obstabat iusticia dei que pro peccato satisfactionem exigebat Dignus erat infinita pena. qui magestatem offenderat infinitam. Nec homo tanti erat ut infinitam posset redimere culpam. Stabat hinc diuina iusticia ultionem petens. Illinc diuina bonitas miserendum esse contendens. Audienda fuit utraque uox

quia uniuerse uie domini misericordia & ueritas quare & si poterat deus aliter humane imbecillitati consulere. est enim omnipotens. Hic tamen conuenietissimus fuit modus quē eligit. ut assumpta humana natura. ipse penas solueret. Factus est hō deus ut homo fieret deus. ueritas de terra orta est & iusticia de celo prospexit. coniuncta est humanitas diuinitati ut acciperet de plenitudine bonitatis. quod sue defectum suppleret infirmitatis Fuit hic modus saluandi humani generis diuine bonitati conueniēs. Satisfactum est iusticie simul & misericordie. Satisfactum est amori & odio. Placuit hoc diuine potētie. que omnem defectū nrm̄ sua uirtute superat. Placuit & sapientie. que nihil frustra nihil nō decreuerit. ac cōuenientissime facit Et licet necessitate absoluta. qua necessarium dicimus sine q̄ aliud esse non pōt incarnatio uerbi necessaria nō fuit tn̄ eo mō quo necessariū accipitur id quo conuenientius & congruentius peruenit̄. ad finē dicere non pudet ad repationē hoīs incarnationem filii dei necessariā fuisse. Ego sum deus ego sum dominus & non est absq; me saluator ex persona xpi inquit ysayas. quia nō poterat homo saluare seipsū. & necessarium fuit ut homo fieret deus. & deus homo saluaret hominē ꝓpter quod pulcherime & ad ꝓpositū aptissime inquit ex nr̄is ꝓfessoribus unus ī hūc modū de misterio

diuine incarnationis. Suscipitur a maiestate humi litas. a uirtute infirmitas. ab eternitate mortalitas. & ad dependendum conditionis nature debitum natura inuiolabilis est unita passibili. deusq; uerus & homo uerus in unitate temperatur. ut quod nostris remediis congruebat unus atq; idem hominũ deiq; mediator. & mori ex uno & resurgere posset ex altero. nisi enim esset uerus deus nõ afferret remedium. nisi esset uerus homo. non preberet exemplum. Intelligis q̃ conuenienter filius dei carnẽ assumpserit ut deus. & mortem obierit ut homo. Sed queris testimonia antique legis. nõ negabimꝰ presto sunt. Ecce inquit ysaias uirgo concipiet & pariet filium & uocabitur nomẽ eius emanuel qđ interpretatur nobiscũ deus. Quomodo nobiscũ deus . nisi Quia uerbum Caro factum est & habitauit in nobis. et iterũ eiusdẽ prophete uerba sũt Puer natus est nobis. & filius datus est nobis. cuius imperium super humerũ eius. & uocabitur nomen eius admirabilie. consiliarius. deus fortis. pater futuri seculi. princeps pacis. An non sit misterium incarnationis plane ostenditur. & que tũc futura erant tanq̃ preterita manifestantur. Puer inq̄t natus est nobis quia natus est humana paruitate. & datus est filius quemadmodum Iohanes ayt. quia sicut deus dilexit mundum. ut filium suum daret unigenitum. datus est Christus ex diuinita

te.natus ex humanitate.natus ex uirgine.cuius im
perium super humerum eius quod est imperium
Christi.nisi lignum crucis in quo pependit mũdũ
uicit.aereas potestates debellauit & subacto triun
phatoq; dyabolo regnum suum potenter intrauit
oportuit enĩ christum pati & sic intrare in gluiriã
suam ut inquit in euangelio luce.Imperium igi
super humerum eius fuit.quia crucem suã suis ge
stauit humeris q̃uis in eo fatigato.Simon cirene
angariatus sic eam tollere dicitur admirabilis ,p
pter signa.& prodigia que fecit.lumen cecis audi
tum surdis.claudis ambulationẽ.debilibus for
titudinẽ.& mortuis uitã restituens.consiliarius ap
pellatur propter euangelica consilia. que adiecit
antique legi.deus asseritur ne putares purũ hoĩem
natum.Nam deus humane nature coniunctus est
Fortis quia spoliauit infernum.Et portas ereas cõ
fregit & fectos ferreos dissipauit.Pater futuri secu
li.quia celum aperuit electis & regnum homini p̃
parauit eternum.Post hãc uitã in celesti.Iherusalẽ
princeps pacis. quia nato Christo clausum est ap
ud romanos templum. Iam & mira pax est orta.
& gloria in excelsis deo cantauerunt angeli. Et in
terra pax hominibus bone uolũtatis. Vnde dicit
& alio loco idem.Isaias incarnationẽ uerbi dicens
dominus enĩ iudex noster dominus legifer noster
dñs rex noster ipse ueniet.& saluabit nos q pinde

accipiendum est. ac si dicat carnẽ accipiet. & mor
tem ꝓ nobis subibit. & rursus. uere tu es deus ab
sconditus. deus israbel saluator. absconditus inqt
quia in carne latuit saluator israbel. quia sua morte
nostram mortem redemit. Et ne putes temporalẽ
esse salutem saluationis. genus addidit israbel. sal=
uatus est inquit in domino in uirtute domini. &
subdit. salute eterna. quã consecuti sũt omnes qui
ex israbel Christo crediderunt. Apertissimum te=
stimonium est ysaie. Sed audi Ieremiam sua sunt
hec uerba Ecce dies uenient dixit dominus & sus=
citabo germen iustum ex semine Dauid. & regna
bit rex & sapiens erit & faciet iudiciũ & in diebus
illis saluabitur iuda & habitauit israbel confiden
ter. & hoc est nomen quod uocabunt eum deus
iustus. considera uerba. & attende misteria. Suscita
bo inquit germen iustum id est Christum sanctũ
& iustum ex semine dauid secundum carnẽ. quia
ex prosapia regia & de sanguine Dauid Maria ma=
ter domini nata est & regnabit rex. Quõ regnabit.
Sane queadmodum ipse apud Matheum in euan
gelio dicit. Data est mihi omnis potestas in celo &
in terra. quod ẽ regẽ esse. & sapiẽs erit ayt sapientia
scilicet creata que hominis est. & increata que dei
est & que est ante secula. & faciet iudicium discre
tionis scilicet & discussionis. Nunc discretionis
dum eligit ex mortalibus quos uult. & alios suo

arbitrio dimitit. & in fine seculi discussionis quã-
do reddet unicuiq; secundum opera sua. In dieb9
illis saluabitur iuda idest. Quicunq; crediderit &
baptizatus fuerit saluus erit & habitabit israhel
confidenter in statu ecclesie triunphantis & hoc ẽ
nomen quod uocabunt eum deus iustus. ut scias
quia xp̃us ex semine dauid nat9 est nõ solũ homo
sed etiam deus est. nec alteri q̃ xp̃o hec uerba cõue
nire possũt. Accedat & alius propheta baruth no
mine· Quid ille ayt! Hic est inquit deus noster &
excitabitur alius aduersus eũ. Hic adinuenit oẽm
uiam discipline & tradidit illam Iacob puero suo
& israbel dilecto suo. post hec in terris uisus est
& cum hominibus conuersatus ẽ. doceret hec oĩa
incarnationem uerbi & hominẽ factũ. dei filium
manifestant. Nunc de morte audi & eos contemp
nito qui xp̃m uolunt esse translatum & nondum
mortuum· Sed in credibili clementia citra diem
supremũ iudicii cũ omnibus angelis interficiẽdũ
putant. O nefandã audaciã & stulticiã aliis in au-
ditam dimittimus angelos quorũ substãtia incor
porea est & immortalis. xp̃m interfectũ negant. &
aiunt interficiendum. ac dauid ex p̃sona xp̃i. que
non rapui tunc inquit exsoluebam. quia non pec
cauit & penas dedit. & pro alieno delicto mortem
subiit. Quod manifestius ysaias oñdit dicẽs. Vere
languores nostros ip̃e tulit. & dolores nostros ip̃e

portauit. Ipse uulneratꝰ ē ꝓpter iniquitates nr̄as attritus est propter scellera nostria. dsciplinā pa-
cis nostre super eum. Et liuore eius sanati sumus omnes enim nos q̄si oues errauimus. & unusq̄sq; ī uia sua declinauit. & deus posuit super eum iniq tatem. idest penā pro iniquitatibus expiandis om nium nostrum. & subditur. oblatus est. quia ipse uoluit & non aperuit os suū. & paulo post tradi-
dit in mortē aīam suā. & cū scelleratis deputatus est ipse multorū peccata tulit. & pro transgressiōi bus rogauit. Si uidisset propheta passionē xp̄i uix potuisset apertius loqui. Nec Ieremias tacuit tor menta dn̄i qui eū in ligno crucis. ita loquentē in-
ducit. O uos oēs q transitis per uiam attendite & uidete si est dolor sicut dolor meus. Et ipse salua tor de se ayt. Ecce ascendimus ierosolimā. & filiꝰ hominis tradetur principibus sacerdotum & scri bis. & condempnabunt eum morte & tradēt eum gentibus ad illudendū & flagellandum & cruci-
figendum. & tercia die resurget. & iterum alibi. Si cut Moyses exaltauit serpentem ī deserto ita exal-
tari oportet filium hominis. Vt omnis qui credit in eum nō pereat sed habeat uitam eternam. Et ne de morte dubites. Scribit euāgelista cum accepis set Ihesus acetum dixit consumatum est. & incli nato capite emisit spiritum. Prophete Christum moriturum. & a mortuis surrecturum p̄dixerūt.

euangeliste & obiisse in cruce & sepultum resurre
xisse tertia die affirmant certa res est nichil ambi-
guitatis habet ueritati omnia consonant resurre-
xit dominus. Ascendit ad celum & uenturus est
iterũ. & faciat iudicium in fine seculi. Tua lex hec
non recipit quia non sapit de Christo. que sapere
oportet. Cuius alterum aduentum nõ solum eue
geliũ sed antiqui etiã uates oñdant sicut paulo añ
de Ieremia diximus. Cõtestis eius est Daniel dicẽs
Ecce in nubibus celi quasi filius hominis uenie-
bat & usq; ad antiquũ dierũ peruenit & sequitur
& dedit ei ptãtem & honorẽ. & regnum & omnis
populi tribus & lingue seruient ei. Quibus uerbis
uiri doctores iudicium Christi facile inueniunt ĩ
fine mundi. & ipse xp̃us de seipso loquitur. Dico
uobis quod uos qui secuti estis me in regenerati
one cũ sederit filius hoĩs in sede magestatis sue. se
debitis & uos iudicantes duodecim tribus israel
Et in actibus apostolorũ legimus. constitutũ esse
xp̃m a deo patre uiuorũ & mortuorũ iudicẽ. hec
nos de deo sẽtimus. hec & firmiter credimus. hec
salubriter predicamus eternã uitã ꝓmittentes oĩ
bus qui xp̃o credũt. & in trinitatis noĩe baptizati
opera faciunt euangelio digna. Queris que sit ista
uita eterna. Quid agat illic homo qua uoluptate
letetur. & quã beatitudinem assequatur Responde
mus cum euangelio Iohannis. Hec est uita eterna

ut cognoſcant te uerū deum & quē miſiſti Iheſū
chriſtū. ſūma ibi felicitas erit. uidere deum in ſua
natura. & eius perfrui bonitate gaudiū noſtre mē
tis erit hac ſaciabimur hac implebimur hinc ſum
ma felicitas erit habere deo. & deū cognoſcere ui-
demus enī nunc per ſpeculum ut ayt apoſtolus.
tūc facie ad faciem & in iubilo teſte Iob. In facie
dñi uidebimus lumē & ſaciabimur cum apparu-
erit gloria eius & erimus ſibi ſimiles ſicut ayt Io-
hannes nec oculꝰ uidit. inquit yſaias. nec auris au
diuit nec in cor hominis aſcendit. que ꝓmiſit do
minus diligentibus ſe. Et apoſtolus nō eſſe cōdig
nas paſſiōes huius ſeculi dicit ad futurā gloriam
que reuelabitur in nobis. Tua lex ī alia uita flūina
lactis. & mellis & uini promittit & cibaria ðlicata
& uxores multas & concubinas & uirginū coitꝰ
& angelorum in turpibus obſequiis miniſteria &
quicquid caro depoſcit. bouis hec paradiſus. & aſi
ni pocius ꝗ̄ hominis eſt. Nam quis mortalis eſt
hominis habēs faciem qui per omnem uitam ſuā
corpori ſeruiat quis non aliquando in mentis ſe-
ceſſum abit quis non paſcit intellectum aliquan-
do & a ſenſibus recedit ſpeculando. An nō eſt ho
noris & glorie uoluptas. Multo iocundior & diu
turnior quā ueneris. An non dulcior eſt bene acte
uite laus. quā cibus ipſe uel potus. Bibit ſapiens.
atqꝫ edit ut uiuat. Tua lex ideo uitam appetēdam

homini existimat ut edat & bibat. sicut in hoc se-
culo carneus fuit legifer tuus. ita & in futuro car
ni studendum putauit. neq; curauit saciare mentē
cui omne studium fuit implere uentrē. atq; ī ea re
summum bonum esse putauit. quod neq; gentiles
phylosophi preter paucos admisissent. inter quos
summa fuit de sūpmo bono dissentio. Alii in do-
loris preuaricatione felicitatē posuerunt ut dido
nius. Alii in honestate uoluptati cōiuncta ut cali
pho & sinomachus. Alii in scia ut erilus. Alii in
sola uirtute atq; honestate ut zenō & Stoyci. Alii ī
bonis aī & corporis & fortune. ut Aris. & pypate
tici. Soli Arristippus & Epicurus & eorum scola
summum bonū in uoluptate locauerunt atq; hiis
tua lex conformis est qui fex oīm phylosophorū
& fetidum cenum fuere. Nec tamen illi in eo erro
re fuerūt ut hanc felicitatē in altero seculo expec
tarunt. quibus future uite spes nulla fuit morta
lem animam existimātium. Nostri phylosophi sū
mum bonum nec in terra nec in sensu. sed ī celo &
in deo querendum censent. & eo saciandam mētē
existimant. Et natura instituit nos & celum aspici
entes uotis omnibus aspiremus sicut est illud po
eticum. Os omnium sublime dedit celumq; uide
re iussit. & erectos ad sidera tollere uultus. Quis
nescit finem hiis prestare que sunt ad finem omnia
hec corporea oblectamenta eo reperta sunt ut

ſpes hominis cõſeruari & in ſuum finem qui eſt deus per hec adduci poſſet. Quis.aut ederet .au biberet.aut procreandis liberis operam daret niſ eſſet in hiis aliqua delectatio.ad hec non eſt finis hominis.qui ad deum factus eſt.Et niſi ad deum ueniat nunquam quieſcit.Nec per carnales delectationes ad deum ipſum peruenitur. Sedquanto hiis magis immerſus eſt homo. tanto eſt ab ipſo deo remotior. Qui aliquando eo beatior exiſtit. quanto angelice diuineꝗ nature magis. ac magis adheret. nec curat carnalia deſideria. qui bonis fruitur ſpritualibus ſicut ignis & aqua ſimul eſſe non poſſunt ſic delicie ſpiritales carnalibus non coherent trahunt ille ad ſe humanam naturam & totam in ſe rapiunt nec ſentire ſinunt.que caro appetit.Guſtato ſpiritu decipit omnis caro ut inqt unus ex noſtris. Tua lex in paradiſo uoluptates admittit quas nec Solon nec Litingus permiſit ĩ terra. Qδ feditates de cibo & potu & aliis uoluptatibus oriuntur. quas in paradiſo nephas fuerit nominare.Aut enim gignerentur ſine fine homines.& implerent omnia nunquã morituri.aut fruſtra eſſet permixtio maris & femine ſine fructu.que etiam in hoc mũdo dampnatur.Dicis qd ergo feminis opus eſt ſi non eſt coitus.Dicimus & nos. quid opus eſt coitu ſi non eſt generatio. Propter uoluptatem dices ad hec feda uoluptas

est & indigna. que paradisum non ingreditur. Nã quomõ illic permissa erit hec turpitudo que hic tanq̃ obscena ꝓhibet̃. & tantũ ꝓpter sobolem· aut euitandi maioris mali causa pmittit̃ ypocrates di iuine uir scientie uenereũ coitũ partũ esse q̃ndam morbi teterrimi existimabat. quẽ nr̃i comicralem dixerũt. Quis igit̃ habẽs aliquid humani pudoris ac ut uerbis cuiusdã gentilis utãur uoluptatibus istis duabus coeundi atq; comedendi. que homini cũ sue atq; cũ asino cõmunes sunt gratulet̃. Non sunt hec que pia mens in celo requirat. Dicis iterũ nõ erit plena felicitas in paradiso si aliquod defu erit oblectamẽti. genus ergo existimas cum uariis rebus oblectent̃ hoĩes. saltatiõe. uenatiõe. piscatiõe ludo. lucro. cantu. cibo. potu. uenere. & aliis q̃plu ribus eadẽ oĩa in paradiso tuo requires. & cum uir gilio dices. Que gratia curruum. amorumq; fuit uiuisq; cura intẽtes. pascere equos. eadem sequitur tellure repostos. Vana hec phylosophia est. quam nulla unq̃ ciuitas bene instituta recepit. Nos ut di ximus mentis gaudia & spirituales delicias queri mus· Beatitudo nostra quam expectamus in alte- ra uita est ipsa dei uisio qua nihil optabilius inue niri põt uidebit ei beatꝰ aĩmus & que sũt ĩ celo & que sub celo. qd erit quod eius aspectũ fugiat qui uidebit uidentẽ omnia. que nunc uidẽtur obsura de deo. de trinitate. de incarnatione uerbi. de pro



cessione sancti spūs. de sacramtis eccie. de ceteris ar
chanis. tunc aperta erunt. & māifesta. nullū deerit
oblectamentū. nihil requiret ultra plenus aīus. Nā
quid pleno opus est? nihil illi deest qui nihil cu-
pit. desideria nostra implebit optimus ac maxīus
deus ī quo oīa bona insūt. nec ullū cupiditatibus
nostris relinquet locū. erit deus oīa in oībus. qui
sine fine uidebitur. sine fine amabitur. sine defatiga
tione laudabitur. que līgua dicere. uel quis intel-
lectus capere sufficit illius supne ciuitatis quāta
sint gaudia angelorū choris īteresse cū beatissimis
spiritibus glorie conditoris assistere presentē dei
uultū cernere. Incircūscriptū lumē uidere. nullo
mortis metu affici. incorruptiōis ppetue munere
letari. Neq; illic beatitudo humani corporis ī epu
lis erit. aut in uino aut in coitu. ex redundātia bea
titudinis aīe glorificabit̄ corpus ipm. & similitu-
dinē eius induet. Fulgebit tanq̄ sol in conspectu
dei tenuitati eius nulla resistet materia. leuitas &
agilitas infinita spacia in ictu oculi pmeabit. nihil
erit q̊ amplius ledi posset. inuiolabile erit. & impas
sibile more aīe. & ita totus hō exultabit & dicet cū
ppheta. Cor meū & caro mea exultauerūt in deū
uiuū. nec frustra erit dr̄ia sexū. aut artus reliq. sup
fluent. resurgent uiri & feīe integris mēbris. & nō
solū inspecie sed ī ipso indiuiduo humāe nature
perfectio reintegrabit̄. nec tamē animales opatiōes

aderũt. nec ɔmixcio maris & feie. qa cessabit tã ꝓ-
pter quã fuerat introducta. Erit enĩ cõpleta mul
titudo hoĩm a deo prefinita. nec ullus erit carna-
lis appetitus nec pulsabit temptatio inimici. nõ pa
tebit insidie locus cũ peruentũ fuerit ad triũphũ
Pax ibi inconcussa. & qes & sũma cõcordia uige
bit. uides inter tuã & nr̃am beatitudinẽ quantũ in
terest. nr̃a felicitas nobiliori hoĩs parti. id est aĩe re
spondet tua uiliori. id est corpori nr̃a mentalis est
tua carnalis nostra fulgẽs & nitida. tua obscura &
fetida. nr̃a cũ angelis ipso deo cõis ẽ tua cũ suibus
& aliis pecoribus. nr̃am docti oẽs laudant. tuã ui
tupant. nr̃a celo digna est. tua etiã in terra rephen-
ditur. Sed dices in sacris etiã codicibus conuiuia
repiri. que futura uidenẽ in celesti iherusalẽ. potu
ciboq; plena. Inquit eĩ ysaias. Faciet dominus exer
cituum omnibus populis in monte hoc cõuiuiũ
pinguiũ. Et in sapientia legimus. Miscuit uinũ &
posuit mẽsã. Et iterũ uenite & comedite panẽ meũ
& bibite uinũ. qđ miscui uobis. Et ĩ ecclesiastico
Cibauit illũ deus pane uite & intellectus & aqua
sapientie potauit illũ. Et dominus apud lucã. ego
inquit dispono uobis sicut disposuit mihi pater
meus. ut edatis & bibatis super mensam meam in
regno meo. Omnia hec & hiis similia spiritualem
habent intelligentiã. quia de mensa ipsa sapiẽtie nõ
corporalis uel cibus. uel potus assumitur sed mẽ-

talis que suauissimus est ac mundissimus. & hic ē que nos expectamus in futuro seculo. Tanta ē igitur nr̄a dignior q̄ tua felicitas. quāto nobilior. & diuine beatitudini ꝓpinquior. Sed attingamus nōnullas alias tue legis ineptias que tū sacris lr̄is aduersant̄ tū phylosophicas rationes excludūt. dicit legifer tuus q꜄ tetigit eū deus manu sua inter humeros & usq꜄ ad medullam dorsi eius penetrauit frigus qđ per inde est ac si corporeū esse deum affirmet. quia tactus non est nisi per corpus. Nos incorporeū dicimus deū. Ayt enī ysaias ex ore dei. Celū & terram ego implebo. qđ non posset fieri si corporeus esset & propterea dicit ī psalmis dauid. spūs dn̄i repleuit orbem terrarū. Spiritus inquit dn̄i nō corpus domini. Et Iohannes in euāgelio Spiritus est deus Phylosophi deū purū actū dicūt esse principium omniū rerū. nature omino simplicis. & eterne. q꜄ si corporeus esset. esset compositus ex elementis. aut alia materia. & posterior suis ptibus. neq꜄ simplex. neq꜄ pur꜆. neq꜄ origo rerū. Et creaturas hēret seipo excellentiores angelos. s. nobiliora sunt enim spiritualia quam corporea. quod est opiari absurdum ne dicamuos asserere. Nec simul stare potest ut causa causarum sit deus sicut phylosophi uolūt. & recte uolunt & compositus inueniatur. esset enim ab alio compositus & illū nos potius diceremus deū. qui cōposuisset. nō est igitur corporeus deus.

quia compositus non est. Nec mouemur quia in sacris litteris. & caput & manus. & pedes. & oculi. & digiti. & cor. & uterus. & hmōi attribuant̄ deo utit̄ ei sp̄us scūs qui loquit̄ in scripturis uocabulis. que sunt in usu per similitudinē quandā sicut dicit Ezechiel ex persona dei. Ego uisionē multiplicaui eis & in manibus prophetarū assimulatus sum eis. Est enī naturale homini per sensibilia ad intelligibilia peruenire. Et oīs nostra congnicio a sensu capit exordiū. Atq; idcirco spiritualia nobis in sacris codicibus sub metaphora corporalium exhibentur. Atq; ita fit ut etiā rudes aliquid capiant. qui alioquī essent diuine sapientie minus ydonei auditores. Dixit preterea tuus machumetes oīum peccatorū causam esse deū. Et exclamans. hiis uerbis utitur. O deus quibus uis bonam quibus uis malā uiā prebes. Nos mortale peccatū auersionem. q̄ndā esse dicimus ab ultimo fine. nec possibile censemus deum qui ultimus finis est uoluntatē cuiuspiā a se auertere esset ei sibiipsi cōtrarius & si deus oīa diligit. quecūq; fecit ut est illud sapientie. diligis oīa que sunt. & nihil odisti eorū que fecisti quō cōsentaneū ē. ut peccati cā sit ipse deus Cui dixit in psalmis dauid. Odisti oēs qui operantur iniquitatem. Et in ecclesiastico legimus omne detrimentum erroris odit deus. Contraria sunt amor & odium. Audi ulterius intollerabilem tue

legis errorē. Si nobis iq̄t aduersa incumbunt. ſcu buerūt & ceteris. Sūt enim isti dies casus atq̃ fortune. negat diuinā prouidentiam curare mortalia Nos de diuina sapientia dicimus q̄ attingit a fine usq̃ ad finē fortiter. & dispōit omnia suauiter. nec summe dei bonitati cōuenit ea negligere que creauit propter quod inquit apud matheū dn̄s. oīs capilli capitis uestri numerati sunt. Addit mahumetes angelos creatos ex flama ignis. & peccare & mortuos esse. Nos cū propheta dicimus q̄ deus fecit angelos suos spiritus. & creauit eos ex nihilo & philosophos nobiscū sentientes hēmus. qui oēs angelos quos uocant intelligentias incorporeas esse dixerunt. nec peccatū in angelis reperiri posse censemus. Qui deū in essentia uidentē oīa uident. & oīa intelligunt ad suā perfectionē necessaria. nec est in eis ignorantia peccati mater. Nec subiectam corruptioni naturam angelicam arbitramur in q̄ non est materia que separari possit a forma. sed ipa forma per se subsistit incorruptibilis & immortalis. originis p̄clari & excellenti ingenii uiri sicut multa extant preclarissima opera. ita & nonnulli errores peruersissimi repiriuntur. inter quos unus ille est qui demones per dei misericordiā liberandos esse aliq̄n a penis asserit. hunc secutus est mahumetes qui saluandos p alcoranū malos angelos affirmat nos cum ysaya de oibus dampnatis sic ue

hoībus siue angelis unā sententiā habemus q̄ uer-
mis eorū nō morietᷣ. & ignis eorū nō extīguetᷣ. Et
saluator in euangelio damnatis in ultimo iudicio
ignem eternū repromitit dyabolo & angelis eius
preparatū. Quid q̄ tuus legifer aīam humanā por-
tionē asserit aīe dei. sic nōnulli phylosophi palam
tradiderunt & manichei secuti sunt. Nos humanā
aīam ad ymaginē & similitudinē dei factā dicimꝰ
sicut scriptū est in genesi. Faciamus hoīe ad yma-
ginē & similitudinē nostrā. qđ de aīa dictū est nō
de corpore. qđ si aīa hoīs portō esset dei. esset utiq̄
deus. nec esset homo nō deus. quod dicere stultis-
simū est. Cū manifestū sit labi hoīs aīam a bonita-
te in maliciam. a ueritate in errorē. a gaudio in tri-
sticiam. a spe in desperationē. qđ est a dei substātia
penitus alienū. Nec illud uerū est quod ī urā lege
traditᷣ. aīas hoīm ex materia productas esse omnes
Asserūt enī phylosophi ab extrinseco esse hoī intel-
lectū. Sed q̄ in nato. fit spūs uite iussu dei. Et theo-
logi rationales aīas oēs ex nihilo creatas dicunt. &
Adam cū factā uidisset feīam. hoc os inqt de ossi-
bus meis. & caro de carne mea nō dixit aīa de anīa
Et ꝓpheta in psalmis canit. Qui finxit singillatim
corda eorū. Ponitᷣ enī cor pro aīa quia sedes eius ī
eo est. Et deus sibi aīarū productiōem reseruauit
ꝓpter earū dignitatē. qui p ysaiā ait. Omnē flatu m
ego feci quod intelligitur de flatu spūali. qui est ra-

tionalis aīa. Preterimus q̄ celū ex fumo fc̄tm̄ dici tis. qđ si uerū esset corruptioni subiaceret. Preteri mus q̄ solē & lunam eq̄les ab initio uirtutis & lu minis tuus ꝓpheta testat̄. Nos dicimus celū ex ni hilo creatū & duo luminaria magna fecisse deū ab ab inicio. luminare maius ut preesset diei. & lumi nare minus ut preesset nocti. Ad illud transimus qđ ī ur̄a lege dulcissimū & salub errimū esse puta tis· Vxores multas ducere. quod si deo placuisset creato hoī ab inicio nō unā tm̄ sociā prebuiss3 sed plurimas. nec dixit deus relinquet homo patrem & mr̄em & adherebit uxoribus suis. sed uxori sue dixit. Nec amicicia inter uirū & uxorem uera esse pōt ubi non ē eq̄litas. Cū uir pluribus misceatur mulier uero uni tm̄ abereat. cuius ē in alias plures distractus amor. Nec ꝓpterea numerus hoīm au geť. qa plures uni nubāt feīe. nā totidē uiri priuati cōiugio sine prole decedunt. & ꝑserti cū mulieres numero pauciores existāt. Iniq̄ insup res uideť & naturali aduersa libertate unius urbis ciuiū alios multiplici mr̄imonio uti. Alios in solitudine de gere. Nec ꝓpterea laudāda cōsuetudo q̄ in ueteri lege plerosq̄ scōs uiros pluribus uxoribus fuisse cōiunctos legimus. qa non id ex lege aut ex uolu ptate fecerūt. sed diuina q̄dā dispensatione. Et ad sobolē ꝓcreandā. que cresceret in cultu dei. Tace mus de diuortio quod ꝑmittiť apud uos contra

legē euāgelicā & de adulterio & fornicatōe & aliis sceleribus. que licet antiq̄ lex detestet̄. & noua ꝓrsus abbominet̄ apud uos tñ cōcessa uident̄. Non ē qꝛ oia tue legis errata percurramus. qñ neqꝫ nobis scribēdi. neqꝫ tibi legēdi satis est ocii. Et tuipse ꝓ tuo īgenio multa ītelligis adeo stulta esse. ut nulla possēt rōe defēdi. Tota de deo qō ē hic oīa referunt̄. totū ī hoc consistit ut xp̄m Ihesū deū esse credamus q̊ cōcesso necesse ē eius legi obedire & eiuſ uerbis credere. qui uerax ē & mētiri non pōt. In eius lege trinitatē de q̄ supra diximus in unitate diuinitatis cōpimus. Et in carnacionē uerbi & ꝓcessionē spūſſci. Et reliq̄ oīa que retulimus usqꝫ ad extremū iudiciū qꝛ aūt xp̄s deus sit. iā supra oñsū est ex ueteri lege atqꝫ ꝓphetis. Licet etiā ex tua lege mōstrare. que ꝓphetā & scm̄ uirū fuisse xp̄m asserit. Si ꝓpheta & scūs ergo uerax. si uerax & deus. Nā deū se ipse testatus est dicēs. Ego & pr̄ unum sumus. & qui uidet me uidet & patrem. Et si creditis ī deū & in me credite. Et alia multa hmōi p que diuinitas xp̄i colligitur & eq̄ cū patre & spiritu scō maiestas. bñ est igit̄ ut legē nr̄am amplectaris que uerax ē. & salutaris a deo data. & tuā relinquas inq̄ non ueritas neqꝫ salus. hō illam tulit peccatis & ignorātia plenus Intellexi sti q̄nta adducimus ex uettri lege testīonia qbus deꝰ oñdit̄. & hō xp̄s Iesus & ꝓ nr̄a salute supplicio crucis affectus

